

Appendix. — Europa Nro. 70.

## Regnum Mortuorum.

Litterae Familiars inter Vivos et Mortuos.

Quaedam Matrōna Germanica ad Dominam Joannam Morgenstern in Elisium.

De Mundo 16. Augusti 1808.

Gaude mecum, dilecta Morgenstern! ego ex convictis  
one plena sum gaudii — ego sum curata; omnis pruritus  
scribendi evanuit ex corde meo, nec spero, ut amplius re-  
deat. Curata sum ab omni furo Philosophiae, illuminatis-  
simi, et praedilectionis, quae *Stael, Genlis*, et alias  
nostri sexus adhuc infestant. Causam hujus methamorpho-  
sis in me paucis tibi narrabo: — In regione illa, in qua  
ego aetatem transigere soleo, habitat quaedam Domina sor-  
tis mellioris, quae in omnibus scientiis, elegantioribusque ar-  
tibus admodum perculsa est; quam Sapientes aetatis nostrae  
adorant; quae libris scribit; quamve eruditi nostri vene-  
ratur, et frequentius visitant. Moratur illa in campestris  
bus per 6. hebdomades, ac dein iterum in urbem redit.

Ex quodam vicininitatis jure ad eam nuper inviseram,  
et illa me summo exceptit gaudio. Duxit me ad conclava  
suum, et conquesta est acerbissime, quam arduum rem  
nunc haberet, quia sibi cognitionem doctrinae sublimioris  
comparare vellet. Nam, dicebat, cum historialis (Romani)  
quae nuper adhuc gratissimae fuerant, hodie nihil proficitur;  
bellum enim praestigium similium scriptorum exorcisavit.  
Aetas praesens sequitur magis realitatem, cui, proh dolor!  
hodie lugubris est facies. Ego ipsam monui; scripta tua  
esse recte talia, quae nobis prosunt. Hoc equidem verum  
esse dicebat illa; sed liber charae nostrae Morgensternae  
arte coquendi, lavandi, et rem domesticam curandi, qui  
ante mihi taedio fuit, nunc jam jam placet. Interim dice-  
bat illa porro; nobis mulieribus semper adhuc deest notio  
sublimiorum scientiarum; Quantus hic campus!

Feceram ego ipsi hanc animadversionem; mihi qui-  
dem nullam altiorum scientiarum esse cognitionem; ejus  
tamen me opinionis esse, nos fore longe beatiores, longe  
perfectiores, si has sequeremur. Recte hoc est, reposuit  
illa, quod ego jam ab anno facio; verum Superi! in quem

d eveni labyrinthum! Nos vivimus, ut Voltairus ait, tempore; et ego invenire non possum, quid tempus sit? Nos fluctuamus inter duas aeternitates, et ego nec ideam aeternitatis mihi formare possum; Ego qua ens, componor ex corpore, et anima, et ego, quid seu corpus, seu anima sit, ignoro. Ego lego scripta omnia ab *Locke* usque *Cantium*, affligo mentem meditationibus, et Dilecta soror! in dea experior, me minus — quid dico — nihil scire. — Ex hoc labyrintho philosophico me praecipito in alium, — politicum; Lego omnes *Ephemerides*; absorbeo quasvis novitates; combino, politiso, et insperate venit casus minime expectatus, qui omnia mea phantasmata confundit. Annon haec summa infelicitas est?

Ad haec flevit erudita Domina, quam ego, quantum poteram, consolata sum. In ambulando inveneramus ad fores unius tugurioli seniculam. Ego interrogabam eam, an unquam cogitaverit: Quid sit anima, quid tempus, quid aeternitas, quid Politica? subridens illa ad haec, declaravit, se nihil de his scire; se omnem confidentiam in Deo collocare, qui eam in caelos recepturus est; se curare rem suam domesticam; quotidie orare, ac cantare, sicque in confidentia hac se felicissimam in mundo reputare, perfectissimeque contentam esse. Haec seniculae felicitas fulminis instar penetravit cor meum, et dixi ad Philosopham meam: An non eam pudeat, quod felicitatem in scriptis sapientum quaerat, quam prae foribus habet? Rectum habes, reposuit illa; se centies sibi ipsi objecisse, beatam se esse, si adeo hebes esset, quemadmodum sua vicina, et tamen sentire, se hac via felicitatem quaerere non posse. Hoc responsum magnam ad cor meum fecit impressionem; Instituetam in me investigationem, et reperi, me felicem esse non posse, si hebes, et stupida essem.

Haec dum Philosophis retuli, omnes ejusdem mecum erant sententiae; ast in hac cogitandi ratione magnam invenio contradictionem; Quid enim quis quis desiderat in mundo? Felicitatem; ast inter simplices plures reperiuntur beati, quam inter eruditos; An non ergo simplicitas eruditioni praeferenda? Nemo tamen hanc permutationem sequi vult, ex quo eam deduco consequentiam, nos, licet felicitatem quaeramus, adhuc tamen sapientiam aestimare; Ergo rationem praefereamus fortunae: an hoc non aequè stupidum est? Quomodo haec contradictio intelligenda? — Expecto responsum a Philosophis nostris. Ah cara Domina! *Beati pauperes Spiritu!*!! Nunc venio ad Politicam.

*Francofurti 16. Augusti*: Dies Napoleonis celebrabatur heri cum solennitate, tanto nomini congrua. Fride vesperi, hora 6 pomeridiana, et ipso die hora 6, matutina

frequen  
lebran  
50 tor  
celebr  
omnis  
clesia  
sacris  
stivo,  
tante  
essent  
viviu  
samit  
ludeb  
driant  
piens.

*Erön*  
8. Ma  
ci, et  
gico  
psit s  
ipsius  
vener  
sertin  
dome  
ctatur  
dens  
psit p  
exper  
juven  
et oe  
ceme  
ceptu  
his la  
lutar  
egero  
stimu  
lariu  
obliga  
Obiit  
*gens*  
notis

partit

frequens tormentorum sonitus annunciabat festum, quod celebrandum erat. Inter compulsum campanarum, et sonitum 50 tormentorum provocavit populus Divinam benedictionem, celebrando solenne Missae Sacrificium, et *Te Deum*, cui omnis superioritas ecclesiastica, civilis, et militaris in ecclesia cathedrali intererat, et nomine Gubernii fungebatur sacris Minister conferentialis Comes *Beust*, qui curru festivo, sex equis propinquis, militia omnis classis eum comitante, in ecclesiam processit; terminatis Divinis, quod essentiam similium festivitatum constituit, erat solenne convivium apud eundem Ministrum, ubi, quod fieri solet, pro samitate multorum multum, et jucunde bibebatur. Vespere, ludebatur in theatro opus musicale, cui titulus *Caesar Hadrianus*, cui praemittebatur Prologus, heroi saeculi conveniens. Clausit festivitatem illuminatio urbis.

#### *Biographia.*

*Schulze*, seu *Morgenstern* Joanna Catharina, nata *Bröme*, a multis operibus editis notata Matrona. Nata est 8. Maii 1748. Magdeburgi, eratque filia Senatoris Magdeburgici, et una Quaestoris. Anno 1767 nupsit Medico Magdeburgico *Morgenstern*, Anno 1782. effecta est vidua, et nupsit secundario senatori Magdeburgico *Schulze*. Opera ipsius, quae sine nomine ipsius vulgata sunt, magnam inveniant adprobationem, et saepius reimprimebantur, praesertim *Instructio pro juvene muliere* in culina, et cura rei domesticae, quod proditum Magdeburgi 2. Augusti 1784. Tractatus item de devotione vespertina unius foeminae est evidens argumentum principiorum ejus quoad religionem. Scripsit praeterea Instructionem pro juvenibus mulieribus ex ipsa experientia. 3. Part. 1786. Librum manualet pro ancillis juvenibus 2. Part. 1789. Experimenta unius bonae Matronae, et oeconomae 1793. et plura alia saluberrima opera in lucem edidit. Etiam in Ephemeridibus pluribus vulgantur conceptus ejus, et carmina diversa, et quid quid honorarii pro his laboribus accepit, nunquam pro se, verum ad fines salutare convertit, cum primis pro sublevamine pauperum, et egeborum. Nec erat ambitio, quod plerumque fit, ejusdem stimulus in his omnibus, eratque de classe illiarum singularium prorsus Matronarum, quae talenta Authoris cum obligationibus excellentis Matronae conjungere noverunt. Obiit Anno aetatis 48. II. Septembris 1796. Carolus *Morgenstern*, ab variis operibus philologicis, et philosophicis notissimus, est ejusdem filius.

#### *Diarium Politicum.*

Res Sveciae insperatam accipiunt directionem, ut ex-  
pertissima Politica pro Rege Sveciae nullam salutis viam

inveniât. Expeditio anglica, quae pro hauriendo aere <sup>Sue-</sup>  
cico ad Goutenburgum venisse videtur, 20. Julii cum 150  
actuariis navibus Plymutum in Anglia rediit. Rex Sveciae  
non tantum nihil contra Finniam tentare potest, sed me-  
rito metuere debet, ne Norvegi regiones ejus invadant. Haf-  
niae 3. Augusti rumor Regem Sveciae mortuum promul-  
gavit.

Juxta litteras Danicas Angli novam expeditionem sub  
Duce Athur *Vellesley* tentant, quae jam 11. Julii Gorce  
excurrit, quae versus Hispaniam et Portugalliam tendere,  
inde deducitur, quia navis, quae 20. Julii ex regionibus  
Tagi in Portsmouth advenit, eam 14. viderat. Rumor, quod  
Princeps Neocomiensis (Berthier) Magnum Ducatum Ber-  
gensem obtenturus sit, in dies majorem accipit fidedignita-  
tem; Dithones tamen olim Münsterienses dicuntur Hollan-  
diae adjiciendae.

Ergo in Gallia non amplius audietur in plateis, viis pu-  
blicis, et domibus privatis frequens illud: *Peto Elemosinam.*  
Mendici in omni regno alias habebant sinistrae asvetudines.  
In Hispania fuerant ambitiosi, et elati nasi. Responderat se-  
mel unus medicus hispanicus cuidam, qui ei, ut potius labo-  
raret, quam mendicaret, objecerat; *Non peto à te consilium,*  
*sed elemosinam.* — Alter servando Pistolettam ad pectus  
Viatoris, dixerat: *Elemosina per questo Christo.* — Mendici  
anglici in solitis suis cellariis deponunt omnia simulata  
mendicitatis, et ex elemosina, quam de die collegerant,  
jucunde exultant, clamant, saltant, bibunt, comedunt, imo  
etiam suas — convivio excipiunt. Varia gubernia variis mo-  
dis tentarunt, se ab hac plaga liberandi, sed nulli adhuc  
plene successit, Imperator Galliarum cujus attentionem nec  
mendicus effugit, edito 5. Julii Decreto, malo huic finem  
imposuit; Decretum hoc lege in Europa.

Imperator et Imperatrix 9. hujus hora 3. Matutina  
Nannetum advenerant, ubi Imperator, quid quid visu di-  
gnum erat, visitavit; vesperi tota urbs erat illuminata. Ci-  
vitas Parisiensis ordinavit peculiare festum pro die Napo-  
leonicis, 15 quippe Augusti, quod qualiter celebratum sit,  
serius audiemus, cum certum sit, Imperatorem pridie, idest  
14. Augusti Parisios advenisse. — *Cambaceres* nominatus  
est Dux Parmae; et *Lebrun* Dux Placentiae. — Die 12. Ju-  
lii Ducissa *Angulemo*, et Comitissa *Lille* ex Russia in  
Angliam trajecerunt.